

23. Sisebutus (*E. H. 650; A. C. 612*) regnavit annos viii, menses xi, dies xvi. Alias menses vi.
24. Item Recaredus (*E. H. 659; A. C. 621*) regnavit menses iii. Alias, paucos dies.
25. Saintila (*E. H. 659; A. C. 621*) regnavit annos x.
26. Sisenandus (*E. H. 669; A. C. 631*) regnavit annos iv, menses xi, dies xiv.
27. Chintila (*E. H. 674; A. C. 636*) regnavit annos iii, menses ix, dies ix.
28. Tulga (*E. H. 678; A. C. 640*) regnavit annos ii, menses iv.
- 187** 29. Chindasuinthus (*E. H. 680; A. C. 642*) solus regnavit annos vi, menses viii, dies xi. Idem cum filio suo Domino Reccesintho rege regnavit annos iv, menses viii, dies xi. Obiit pridie Kal. Octobris, era dxcii.
30. Reccesuinthus (*E. H. 687; A. C. 649*) regnavit annos xxii, menses vii, dies xi. Obiit Kal. Septembribus, die 4 feria, hora 3, era 710, anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi 672, anni cycli decennovennialis 8, luna 3. Idem cum patre suo regnavit annos iv, menses viii, dies xi.
31. Suscepit autem dominus Wamba (*E. H. 710; A. C. 672*) regni guheraeula eodem die quo illi obiit, in supradictis Kalendis Septembribus, dilata unctionis solemnitate usque in diem ui Kal. Octobr.,
23. *Dies xvi; male alii, dies vi.*
24. *Menses iii. Al., menses iv. Male, annos iii, apud alias.*
26. *Annos iv. Al., annos iii. Masdeus asserit annos iv esse contra concilia Toletana. Pro dies xiv Lindenbrogius dies xvi.*
27. *Menses ix. Al., menses viii, quod unice placet Masdeo.*
29. *Chindasuinthus; al., Cindasuinthus, vel Chindasuidus. Alii minus bene annos regni cum filio dicunt esse tres, et dies duodecimi. Lindenbrogius perperam assignat eram 61.*
30. *Reccesuinthus. Al., Reccesuinthus. Pro regnavit, alii solus regnavit, sed delendum est solus. Pro menses vii, alii menses iii, alii vi, pro dies xi, Aguirrius dies xii, alii dies ii. Lindenbrogius, corrupte, annos xiii. Omnia retinendi numeri textus, etiam in anno incarnationis 672, pro quo Lindenbrogius posuit 602.*
- A luna 21, era qua supra. Idem quoque gloriatus Wamba rex regnavit annos viii, mensem i, dies xiv. Accepit quoque poenitentiam praedictus princeps die Dominicō exente, hora noctis prima, quod fuit pridie Idus Octobris luna 15, era 718.
32. Suscepit autem succedente die, secunda feria, gloriatus dominus noster Ervigiūs (*E. H. 718; A. C. 680*) regni sceptra, quod fuit id. Octobris, luna 16, era 718, dilata unctionis solemnitate usque in supervenientem diem Dominicū, quod fuit xii Kalendas Novembribus, luna 22, era qua supra. Item quoque gloriatus Ervigiūs rex regnavit ann. vii, diebus xxv, in quo die in ultima aegritudine positus elegit sui successorem in regno gloriatus nostrum dominum Egicānam, et altera die, quod fuit xvii Kal. Decembribus, sexta feria, sic idem dominus Ervigiūs accepit poenitentiam, et cunctos seniores absolvit, qualiter cum jam dicto principe gloriioso domino Egicane ad sedem regni sui in Toletō accederent.
- B 33. Unetus est autem dominus noster Egica (*E. H. 723; A. C. 687*) in regno in ecclesie sanctorum Petri et Pauli prætoriensis sub die viii Kal. Decembribus, die Dominicō, luna 14, era 723.
34. Unetus est autem Witiza (*E. H. 759; A. C. 701*) in regno die quo fuit xvii Kal. Decembribus, era 738.
- C 31. *Dominus. Al., gloriatus dominus. Pro diem xiii, alii, male diem xiv.*
32. Autem. Al., statim. Ibid., noster; al. emittunt. Pro xii Kal., male Aguirrius xiv Kal. Post diebus xxv, Masdeus supplet usque ad v Idus Novembribus; et altera die explicat alia die, quin necesse sit esse diem proximum. Pro Decembribus, male Aguirrius Septembribus, Lindenbrogius, et Aguirrius desinunt in luna 22, era qua supra. Reliqua Majansius et Florezius addiderunt.
34. *Die quo. Fortasse, die qua, vel, ut num. 32, die quod. In Editione Patrum Toletanorum notatur recte Florezius legere xviii Kal. Masdeus contendit legendum xii Kal. Decemb. era 759, hoc est, anno 701. Alii assignant annum 702. In Catalogo regum Visigothorum Editionis Grialii additur Witizam regnasse ann. x, Roderiqum ann. i, et, juxta alios, iii. Haec omnia cum chronologia sequenti conserfi possunt, ut mutuam sibi opem ferant.*

## APPENDIX V.

### Chronologia, et series Gothicorum regum ex Codice Regiovaticano 667.

**188** 1. Primum in Gothis regnavit Athanaricus annis xii. Iste primus per Valentem imperatorem brevis Arjanam cum omni Gothorum gente intravit. Sub isto legem Gothi, ac litteras habere cooperunt; et cum eodem rege ab Hunnis de terra propria expulsi sunt. Rex quoque Constantiopolitana vitam finivit sub imperatore Theodosio (*Vide Isidoriana, c. 79, n. 41*).

2. Alarius regnavit annis xiv. Iste ob vindictam Gothis, quos Romani interficerunt, exercitum movit, et Romanum cepit, ibique Placidiam Theodosii imperatoris filiam cum opibus multis depraedavit. Postea ip Italia obiit sub imperatoribus Honorio et Arcadio.

3. Ataulfus regnavit annis vi. Iste supradictam Placidiam conjugem accepit, et regni anno 5 de Italia Gallias adiit. Et dum Hispanias petere voluisse, a suis interfectus est in Barcellona sub imperatoribus Honorio et Arcadio.

4. Sigericus regnavit ann. i. Iste, dum pacem cum Romanis habere voluisse, mox a suis est interfectus sub imperio praedicto.

5. Wallia regnavit ann. iii. Belligerator fuit; cum imperatore Honorio pacem habuit, et sororem ejus

Placidiam ei reddidit. Iste Hispanias ingressus, Vandulos et Silingos [Al., Vandulos Selinguos] in Baetica bello extiuit, et Alanos ad nihilum rededit. Ad Africam classe transire dispositus; sed Gaditanum mare eum non dimisit. In Gallias rediit, ibique vitam finivit sub imperio Honorii.

6. Teudericus regnavit ann. xxxiii. Iste Litorium duecum Romanum, et enim eo multa millia Romanorum extinxit; ex Hispanis ducenta millia interfecit, ibique præliando occiditur sub imperio Theodosii Minoris.

7. Turismundus filius ejus regnavit ann. i, qui dum feralis et noxius esset, a Theuderico, et Frigidario, et fratribus, interfectus sub imperatore Marciano.

8. Theudericus regnavit ann. xii. Iste dum Gothis Avito imperatori sumere auxilium dedit; et ob hoc inde cum licentia idem Aviti imperatoris cum ingenti exercitu Hispanias intravit, et milliariorum 42 ab Asturica apud Urbicum fluvium Recciarum Sueorum regem prælio superavit, eumque persequens, in Portcale cepit atque occidit. Bractam [Forte, Bracharam] cepit; sieque inde per Lusitaniam in

Gallias rediit; ibique ab Eurico ejus fratre occisus sub imperatore Leone.

9. Euricus regnavit ann. xxvi. Iste Lusitaniam de-  
pravavit, Pamplonam, et Cœsarangiam cepit, et  
Gothis legem dedit. Arelate obiit sub imperatore  
Zenone.

10. Alaricus, filius ejus, regnavit ann. xxiiii, quem  
Flodovitus rex Francorum apud Pictavium bello in-  
terfecit. Ob eujus vindictam Theodericus **189** sacer-  
eius Italia rex Francos perterritus, et regnum Gothis  
integrum restituit sub imperatore Anastasio.

11. Gesaleicus, Alarici filius, regnavit ann. iv. Iste a Gundebaldo Burgundionum rege in Narbona super-  
atus, ad Barilonam fugit. Inde ad Africam ad Van-  
dalos pro auxilio perrexit, et non impetravit. Inde  
reversus, apud Barilonam a duce Thenderici Italæ  
regis interfactus sub imperatore Anastasio.

12. Thendericus supradictus, occiso Gisaleico,  
regnum Gothorum tenuit ann. xv; et superstites ne-  
poti suo Amalarico reliquit. Ipse Italianum rediit, et  
ibi vitium finivit sub imperatore Justiniano.

13. Amalaricus regnavit ann. v. Iste a Childeberto  
Francorum rege superatus, Narbone interiit sub im-  
peratore Justiniano.

14. Theudis regnavit an. xvii. Iste, quamvis heret-  
icus, pacem concessit Ecclesiæ, et episcopis licen-  
tiā dedit in Toletana urbe concilia peragere. Fran-  
corum reges infra Hispanias usque Minium supercavit;  
eumque in palatio quidam insaniam sunulando inter-  
fecit sub imperatore Justiniano.

15. Theudis regnavit ann. i; qui dum toros  
multorum macularet, et obiter multis necem excogita-  
ret, mox inter epulas gladio Hispali jugulatur sub  
eodem Justiniano.

16. Agila regnavit an. v. Iste dum ad Cordubam  
urbem pugnaret, et in contemptu Christi sepulcrum  
sancij martyris Aciseli quodam horrore pollueret,  
filium ibi cum multa copia interfecit, et omnem  
thesaurum regum amisit, et Emeritam fugit; ibique  
sui eum interfecerunt sub imperatore Justiniano.

17. Athanagildus regnavit ann. xiv. Iste contra  
milites Justiniani imperatoris, quos ipse contra Agi-  
lanem pesterat, diu conlippi, atque eos extinxit.  
Toledo morte propria decessit sub imperatore Justi-  
niano.

18. Livua regnavit ann. iii, in Narbona. Iste fratris  
Leovigildo Hispaniae administrationem dedit; ipse  
Galliis præfuit.

19. Leovigildus, adepta Gallia, et Hispania, regna-  
vit ann. xiv. Iste valde hæresi Arianae deditus, per-  
secutionem Catholicis intulit, et ecclesiarum privi-  
legia tulit. Monachum Emeritensem episcopum exilio  
relegavit. Suis perniciosis fuit, potentes per cupiditatē  
dam nauavit. Suevos superavit, et Gallæcia regnum  
Gothis admisicuit. Primus regali ueste operatus  
solio resedit. Urbem in Celtiberia fecit, et Recopoli-  
m nominavit. Gothorum leges ante correxit, et  
Toledo propria morte decessit sub Mauricio impera-  
tore.

20. Recaredus, filius ejus, regnavit ann. xv. Iste,  
in exordio regni sui catholicam Idem adeptus, om-  
nem Gothorum gentem ad cultum Dei, recteque fidei  
revocavit, et per synodum episcoporum Gallæ et  
Hispaniæ fidem catholicam confirmavit, Francorum  
hoste LX millia in Hispania bello prostravit, et tem-  
pora regni sui omni bonitate honoravit. Vnde pacifice  
Toledo decessit, imperatore Mauricio.

21. Livua, filius ejus, regnavit ann. ii. Istim præ-

cisa dextra innocuum Wictericus occidit, et regnum  
sibi suscepit sub imperatore Mauricio.

**190** 22. Wictericus regnavit ann. vii, vir quidem  
strenuus in armorum arte, sed expers Victoriae; quod  
fecit recepit. Inter epilas enim prandii a suis inter-  
fectus est sub imperatore Phoca.

23. Gundemarus regnavit annis ii. Vascones una  
expeditione vastavit, et morte propria Toleto deces-  
sit sub imperio Heraclii.

24. Sisebutus regnavit ann. viii. Iste potestate Ju-  
dæos ad fidem Christi perduxit, et ecclesiam sanctæ  
Leocadiæ Toleto opere miro fundavit. Astures et  
Vascones in montibus rebellantes humiliavit, et suis  
per omnia benevolus fuit. Hunc quidam proprio  
morbo, alii potionis hausto intoderato assurunt  
occisum sub imperio Heraclii. Tunc nefandus Ma-  
hamut in Africa nequitiam legis stoltis populis pre-  
dicavit.

25. Suintila regnavit ann. x. Victoria et consilio  
magnum fuit. Vascones devicit, duos patricios Roma-  
nos cepit; omnes Hispaniæ et Galliarum strenue re-  
xit, et ob meritum pater pauperum vocatus est; et  
finae proprio Toleto decessit sub imperio Heraclii.

26. Sisenandus regnavit ann. iv. Iste synodos epi-  
scoporum egit; patiens fuit, et regulis catholicis or-  
thodoxus exstitit. Toleto vitam finivit sub imperio  
Heraclii.

27. Chintila regnavit ann. iii. Synodos plurimas  
Toleto cum episcopis egit, et subditum regnum fide  
firmavit. Toleto decessit sub imperio Heraclii.

28. Tulga regnavit ann. iii. Blandus in omnia  
fuit.

29. Chindasuinthus regnavit soles ann. vi, et cum  
filio suo Reccesuintho ann. iv. Illyri tempore quie-  
vit Hispania, et per synodos eruditivit Ecclesiam. To-  
leto obiit sub imperio Constantini Novi.

30. Wamba regnavit ann. ix. Primo regni sui anno  
C rebellante sibi Paolo duce cum quadam parte Hispaniæ  
prins feroce Vascones in finibus Cantabriæ  
perdonuit; deinde cunctis civitatibus Gothis et  
Gallæ captis, ipsum postremo Paulum in Nemau-  
sense urbe vietum celebri triumpho sibi subjecit.  
Postea ab Ervicio regno privatur sub imperio Con-  
stantini Novi.

31. Ervadius regnavit ann. vi. Iste synodos mul-  
tas Toleto cum episcopis egit; filiam suam conjugem  
dedit Egicani. Toleto obiit sub imperio Justiniani.

32. Egica regnavit ann. xv. Iste dum regnum ac-  
cepit, filium Ervigi emi juratione Wambæ subjecit.  
Filium suum Witizanem principem secum regno  
præfecit. Toleto decessit sub imperio Leonis.

33. Witiza regnavit ann. x. Toleto vitam finivit  
sub imperio Tiberii.

34. Rodericus regnavit ann. ii. Istius tempore era  
732, Farmalio terræ Saraceni evocati Hispanias oc-  
cupaverunt, regnumque Gothorum ceperunt; quod  
adhuc usque ex parte pertinaciter possident; et cum

Christianis die noctuque bella ineunt, et quotidie  
collidunt, dum prædestinatio usque divina deline-  
eos expelli crudeliter jubeat. Reges Gothorum des-  
cerunt. Sunt (sic) sub uno ann. 514; Alarico re-  
gnante ab era 501, ingressi sunt Gothi in Italianum.  
Post hujus annos reges Gothi Galliam ingressi sunt.  
**191** Post septem annos Gothi Hispaniam migraver-  
unt. In era d. IX. LXV. (forte, 853) regnavit Carolus  
Francorum rex, et patricius Romæ.